



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Scintillæ Ignatianæ, Sive Sancti Ignatii De Loyola,  
Societatis Jesu Fundatoris Apophthegmata Sacra**

**Hevenesi, Gábor**

**Coloniæ, 1715**

**VD18 10988289**

22. Martij. Si vel catalum tibi Deus præfecerit, tu non recusa: libenter illum  
Ducem vitæque magistrum. Deo authore, sequere. S. Ignat. ap. Nigron. de  
nec. spir. cap. 5. §. 57.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50423](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-50423)

**N**escimus quid boni lateat in morbis.  
Inter hispidos cortices dulcis latet  
medulla, modò noverimus hanc è spinis  
eruere dulcedinem, mel è thymo, ex mor-  
bo sanitatem elicere. Genus Quoddam sa-  
nitatis est, hominem non esse sanum.

Dum languet corpus, vegetatur spiritus.  
Multos meliores fecit ægritudo, quos sani-  
tas perdidisset. Ut tenebræ juvant ad splen-  
dorem; sic morbi ad vitam meliorem. Des-  
feruntur à vitiis, qui ea deserere noluerunt.

Usus rei rem bonam facit. Dissipiat, mo-  
dò prospicit; etiam medicina ingrata est pa-  
tio, sed quia profutura speratur, amatur,  
avidè sumitur. Quod potest desiderium  
valetudinis corporalis, cur non possit spi-  
ritualis?

Es infirmus? gaude: peccare non po-  
tes. Lecto affigeris? tempus tibi suspetit,  
ut ad cor redeas. Langues? miseriam hu-  
manam cogita, cogita præ foribus æter-  
nitatem. Quanta hinc bona!

## 22. Martii.

Si vel catulum tibi Deus præficerit, tu non  
recusa: libenter illum Ducem vitaque  
ma-

*magistrum. Deo authore, sequere. S. Ignat. ap. Nigr. de nec. spir. cap. 5. §. 75.*

**S**i baculum absque metu sequitur, qui scit eum à vidente regi, cur difficile catulum sequi, si hunc in nostri regimi Deus, totus oculus regat? nisi minor apud nos Dei quām pueri apud cæcum auth<sup>or</sup>itas sit, cui se promptè confidit.

Obedientia magna virtus est, sed tan non foret, nisi pretiosissimam sui partem judicium homo per illam Deo immolans imò suum pro divino commutaret.

Et imperantis vilitate obedientiæ accedit pretium, tantumque huic additur quantum minor eum commendat auth<sup>or</sup>itas, cui paretur. Hic enim & intentio prior, & fides esse solidior convincitur.

Illud obtinet obediens, quod soli Dei est singulare: non posse errare. Vicaria divinæ sapientiæ obedientia est, parvula que infallibilitas.

### 23. Martii.

*Expedit nihil differre in crastinum, quo  
hodie præstare possis. S. Ignat. apud Bau-  
tol. l. 4.*

**Q**uâ Philippo arte magni nomen accrevit, nihil in crastinum differendo quo